



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

56 Canoniorum tres sunt gradus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

183. num. 3. tamen dicta coadjutoria non cadunt sub dicta constitutione de publicandis resignationibus, ut infra demonstrabitur.

90 Causa enim † fundamentalis constitutionis de publicandis resignationibus fuit ad prohibendas simulatas, occultave beneficiorum ecclesiasticorum resignationes, ut verba ejusdem constitutionis sonant in proemio, quod inducit causam finalem, l. fin. ff. de hered. instit. & Jas. post alios per ipsum citatos in l. si pacto, quo penam. num. 14. C. de pact.

91 proemii autem ratio † adeo est potens, quod, sicut corpus ab anima, ita dispositio ab ipsa ratione proemiali regulatur, Jas. in l. qui quadringenta, num. 2. ff. ad Trebell. & Gomez. de anna. poss. q. 1. num. 2. Ideo cum cessat ratio proemialis in coadjutoriis, quae simulate, vel occulte fieri non

92 possunt, non habet locum dicta constitutio, † quia constitutionis causa, vel ratio cessante, cessat constitutio, cap. cum cessante, de appell. & Tiraq. in tract. cess. caus. par. 1. num. 53.

Præterea constitutio loquitur de resignationibus quibuscunque, tam simplicibus, quam permutationis, vel quavis alia causa, etiam per jurium cessionem, & de beneficiis litigiosis factis, non tamen

93 loquitur de coadjutoriis, † & à verbis legis non est recedendum, etiam, si lex sit perquam dura, cap. in memoriam 19. dist. 6. l. prospexit, ff. qui, & à quibus. Nam dicta constitutio est pœnalis, & in pœnalibus non fit extensio, cap. odia. de reg. jur. in 6. coadjutoria enim † beneficiorum,

94 non potest proprie dici resignatio, licet formam resignationis repræsentet, Rot. in noviss. par. 3. lib. 3. decis. 10. num. 2.

Coadjutoria enim telari non possunt, cum coadjutor in choro, loco coadjuti, publice inserviat, & dubitatur, an in sede coadjuti, aut alia, sedere debeat, cum autem coadjutor repræsentet personam coadjuti, † & subrogatus regulariter eisdem prærogativis frui debeat, quibus fruitur coadjutus, in cujus locum subrogatur, cap. Ecclesia Sancta Maria, il primo junct. gloss. ut lit. pend. l. si eum §. qui injuriarum. ff. si quis cau. l. filia sua, §. Titia ff. de condit. & demonstr. l. in duobus, §. 1. ff. jure juran. & Bar. in l. 1. §. hi quibus num. 2. ff. de leg. 3. videtur, quod sedem ejus, in cujus locum fuit subrogatus, habere debeat, tamen dicta regula, quod subrogatus frui debeat prærogativis ejus, in cujus locum subrogatur, non habet locum hoc casu, quo ad sedem.

Dantur enim tres gradus † inter canonicos, quorum primus est presbyterorum, secundus diaconorum, & tertius subdiaconorum, concil. Trident. in cap. 12. §. in omnibus verò, de reformat. sess. 24. prout etiam Cardinalium gradus est tripartitus in Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, de quibus supra, cap. 2. num. 3. par. 1. Ideo, † aut canonici sine disparitate sunt omnes in uno, & eodem ordine, aut in diversis ordinibus distinguuntur: primo casu coadjutor in ultimo loco debet installari, ex infra dicendis. Si verò datur coadjutor canonico, qui sit in ordine sacerdotali, & primus in ordine, vel secundus, tunc ante alios inferioris, nempe diaconalis, & subdiaconalis gradus coadjutor sedere debet, sed inter presbyteros primam, aut secundam sedem, in qua sedebat coadjutus, habere non potest, licet alios inferioris gradus præce-